Sic est omnis. qui natus est. ex spiritu. Respondit nichodemus. et dixit ei. Quomodo possunt haec fieri. Respondit iherosolimitanus. Tu es magister in iuris. et haec ignoras. Amam dico tibi. Quia quod scimus loquimur. et quod uidimus testamur. et testimonium nostrum non accipitis. Sicut terrenae dixi uobis et non creditis. quomodo si dixero uobis caelestia creditis. Et nemo ascendit in caelum nisi qui de caelo descendit. filius hominis qui est in caelo. Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto. ita exaltari oportet filium hominis. Ut omnis qui credit in ipso non pereat. sed habeat uitam aeternam. Sic enim dilexit deus mundum. ut filium suum unigenitum daret.

ut omis qui credit in eum
 non pereat. sed habeat vitam
 aeternam. Non enim
 misit deus filium suum in mundum
 ut iudicet mundum. sed
 ut saluetur mundus propter
 eum. Qui credit in eum.
 non iudicatur. Qui autem
 non credit. iam iudicatus est.
 quia non credidit in nomine
 unigeniti filii dei. Haec est
 autem iudicatio. quia lux uenit
 in mundum. et dilexerunt homines
 magis tenebras quam
 lucem. Erant enim eorum
 mala opera. Omnis enim
 qui malum cogit. odit lucem.
 Et non uenit ad lucem. ut non
 arguantur opera eius.
 Qui autem facit ueritatem uenit
 ad lucem. ut manifestentur
 opera eius. quia ueritas
 facta est.

III POST HAEC VENIT

ihesus et discipulus eius in iu
 daeam terram. et illic de
 morabatur cum eis. et
 baptizabatur.

9. xxv.
 III
 10. viii.
 1. vi.

Erat autem et iohannes baptizans
 in enon iuxta salim. quia
 aquae multae erant illic.
 et adueniebant. et bapti
 zabatur.

10. xx. f.
 enon fontes sunt
 praeterea

9. xxvi.
 III
 10. xiiii.
 1. viii.

Nondum enim missus
 fuerat in carcerem iohannes.

10. xv.

Facta est ergo quaestio
 ex discipulis iohannis cum iudeis
 de purificatione. Et ue
 nerunt ad iohannem. et dixe
 runt ei. Rabbi. quia erat
 tecum transiit de enon. cui
 tu testimonium perhibuisti.
 ecce hic baptizat. et omnes
 ueniunt ad eum. **R**es
 pondit iohannes. et dixit. Non
 potest homo accipere

9. xxvii
 Sol.

1. i.

quicquam nisi fuerit ei
datum de caelo.

l. xxxviii.
m. xi.
d. iii.
l. x.

Ipsi uos mihi testimonium
phibetis. quod dixerim ego.
non sum xpi. sed quia missus
sum ante illum.

l. xxxviii.
x
Sol

Qui habet sponsam. sponsus
est. Amicus autem sponsi qui
stat et audit eum. gaudio
gaudet propter uocem sponsi.

Hoc ergo gaudium meum im-
pletum est. Illud oportet
crescere. me autem minui.

·f·

l. xxxviii.
302

Quid est sursum uenit. supra
omnes est. Qui est de terra.
de terra est. et de terra
loquitur. Quid de caelo uenit.
supra omnes est. Et quod
uidit et audiuit. hoc testat-
ur. et testimonium eius
nemo accipit. Qui accipit
eius testimonium. signa-
uit quia deus. uerax est.

Quem enim misit deus. uerba dei
loquitur. Non enim ad
mensuram dicit deus spiritum.

l. xxx.
m. xli.
l. xxxviii.

Pater diligit filium. et omnia
dedit in manu eius.

l. xxxi.
x
Sol

Qui credit in filium. habet
uitam aeternam. Qui autem
incredulus est filio. non uidebit
uitam. sed iram dei manet super eum.

III. UT ERGO COGNOUIT

inquit quia audierunt pharisaei quod
inquit plures discipulos facit. quicquam
iohannis. quicquam quicquam inquit non bapti-
zaret. sed discipuli eius.

·f·
et bapti-
zaret

l. xxxii.
m. xliii.

Reliquid iudeum. et abiit
iterum in galilaeam.

l. xxxiii.
x
Sol

Oportebat autem eum transi-
re per samariam.

·f·

Venit ergo in ciuitatem samar-
itae quae dicitur sichar. iuxta
praedium quod dedit iacob
ioseph filio suo. Erat autem ibi
fons iacob. **I**nquit ergo facti

gatus ex itinere. sedebat
 sic sup fontem. hora erat
 quasi sexta. Venit muli
 er desamarucha aurea ca
 quam. Dicit ei ihs. Dami
 hibere. Discipuli enim
 eius abierant in civitatem
 ut cibos emerent. Dicit
 ergo ei mulier illa samarita
 nae. Quomodo tu iudeus
 cum sis. bibere a me potes
 quia sum mulier samarita
 nae. Non enim conturrit
 iudei samaritanis. Res
 pondit ihs. et dixit ei. Si
 scires donum dei. et quis e
 quidi erit tibi damihibe
 re. tu forsitan petisses
 ab eo. et dedisset tibi a
 quam vivam. Dicit ei mu
 lier. Dne. neq. in quo haur
 iras habes. et puteus ab eis e.
 unde ergo habes aquam

vivam. Numquid tu
 maior es patre nro iacob
 quid dedit nobis puteum
 et ipse exebibit et filie
 et pecora eius. Respon
 dit ihs. et dixit ei. Omnis
 qui bibit ex aqua hac. sitiet
 iterum. Qui autem biberit
 ex aqua quam ego dabo ei.
 non sitiet in aeternum.
 Sed aqua quam ego dabo ei.
 fiet in eo fons aquae salien
 tis in vitam aeternam.
 Dicit ad eum mulier. Dne.
 dami hanc aquam. ut non
 sitiam. neque veniam huc
 haurire. Dicit ei ihs.
 Uade voca virum tuum
 et veni huc. Respondit
 mulier. et dixit. Non habeo
 virum. Dicit ei ihs. Bene
 dixisti. quia non habeo vi
 rum. quinque enim viros

habuisti. Et nunc quem
habes non est tuus uir. hoc
uere dixisti. Dicit ei mu-
lier. Dne. uideo quia p-
pheta es tu. patres nostri
in monte hoc adorauerunt.
et uos dicitis quia hi et uiso-
lymis est locus ubi adorare
oportet. Dicit ei ih̄s.
Mulier. crede mihi quia ue-
nit hora. quando neque
in monte hoc. neq. in ieru-
solyms adorabitis patrem.
Uos adoratis quod nescitis.
nos adoramus quod scimus.
quia salus ex iudaeis est.
Sed uenit hora et nunc est.
quando ueri adoratores
adorabunt patrem. in spū
et ueritate. Nam et pat-
res quocumque. qui adore-
nt eum. Sp̄s est dr̄. et
eos qui adorant eum. in

spū et ueritate oportet
adorare. Dicit ei mulier.
Sed scio quia messias uenit. qui
dicitur xp̄s. Cum ergo
uenerit. ille non adnum-
abit omnice. Dicit ei ih̄s.
Ego sum qui loquor tecum.
Et continuo uenerunt discipuli
eius. et mirabantur quia
cum muliere loquebatur.
Nemo tamen dixit. quid que-
ris. aut quid loqueris cū ea.
Reliquid ergo h̄ydrice suae
mulier. et abiit in ciuitate.
et dicit illis hominibus.
Venite et uide te hominē.
quid dixit mihi. omnia quae-
cumq. feci. Numquid
ipse est xp̄s. Exierunt
de ciuitate. et ueniebant
ad eum. Inter ea roga-
bant eū discipuli dicentes.
Rabbi. manduca. Ille autē.

d. notis

dixit eis; Ego cibum habeo
 manducare quem uos n̄
 scitis. Dicebant ergo dis
 cipuli ad inuicem. Nūquā
 aliquis attulit ei manduca
 re? Dicit eis ihs. Meus
 cibus est. ut facia uolunta
 tem eius qui misit me. ut p
 ficiam opus eius. Nonne
 uos dicitis quod adhuc quat
 tuor mensis sunt et messis
 uenit? Ecce dico uobis.
 Leuate oculos ur̄s et uide
 te regiones. qm̄ albae sunt
 iam ad messem. Et qui
 metit mercedem accipit.
 et congregat fructū in uitā
 aeternam. Ut et qui se
 minat simul gaudeat. et
 qui metit. **E**gomisi uos
 metere. quod uos non la
 borastis. Alylecho raue
 runt. et uos in labores

q. xxxiii.
 d. vii.
 q. xxxv.
 d. xlii.
 d. li.
 l. xxi.

eorum introistis. **E**xci
 urate aut̄ illa multi cre
 diderunt in eum samari
 tanorum. propt̄ uerbum mulieris
 testimonium phibentis.
 quia dixit mihi om̄c̄ quae
 cumq. feci. Cū uenissent
 ergo ad illū samaritanū.
 rogauerunt eum ut ibi mee
 neret. **E**t mansit ibi du
 os dies. **E**t multo plures
 crediderunt propt̄ ser
 monem eius. et mulieri
 dicebant. **Q**uia iam non
 propt̄ tuā loquelam cre
 dimus. Ipsi enim audiui
 mus. et scimus quia hic est
 uere saluator mundi. **P**
 ost duos aut̄ dies exiit
 inde. et abiit in galileā.
Ipse enim ihs. testamoni
 um phibuit. q̄ ppheta in
 sua patrice honorē n̄ habet.

xxx
 x
 lxx
 lxx
 lxx

:f:

In hoc ē enī uerbu uerū. quia alius ē qui seminat. et alius ē qui metit.

p. xxxvi.
x.
sol.

Cum ergo uenisset in galileam. ex ceperunt eum galilei. cum omnia audissent que fecerat hierusolymis in die festo. Et ipsi enim uenerant in diem festum. Venit ergo iterum in cana galilee. ubi fecit aquam uinum.

p. xxxvii.
iii.
h. lxiiii.
l. lxx.

Et erat quidam regulus. cuius filius infirmabatur cepharnaum. Hic cum audisset quia uenisset ad uideam in galileam. abiit ad eum et rogabat eum ut descenderet et sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo iesus ad eum. Nisi signa et prodigia uideritis. non creditis. Dicit ad eum regulus. Domine. descende prius quam moriatur filius meus. Dicit ei iesus. Quae. filius tuus

p. xxxviii.
i.
h. lxx.
h. xx.
l. xxxvii.

uiuat. Credidit homo sermone quem dixit ei iesus. et abiit. Iam autem eo descendente. serui occurrerunt ei. et nuntiauerunt dicentes. quia filius eius uiueret. Interrogabat ergo horam ab eis. in qua melius habuerit. Et dixerunt ei. Quia huiusmodi hora septima. reliquid eum febris. Cognouit ergo patrem quia ille huiusmodi erat. in qua dixit ei iesus filius tuus uiuat. Et credidit ipse. et domus eius tota.

HOC ITERUM secundum signum fecit iesus cum uenisset ad uideam in galileam.

Post haec erat dies festus iudaeorum. et ascendit iesus hierusolymam. Et stavit hierusolymis super

probatice piscine . quae
 cognominatur hebraice
 bethsaida . quinq; porta
 cur habens . In his iacebat
 multitudo magna lectu
 quentium . caecorū . clau
 dorū . cur dorū . expectan
 tium aquae motum . An
 gelus autē dñi . scdm̄ tempus
 descendebat in piscinam .
 et mouebatur aqua . Et qui
 prior descendisset in piscinā
 post motionē aquae . sanus
 fiebat aqua cūq; detene
 batur infirmitate . Erat
 autē quidā homo ibi . tri
 ginta et octo annos habens
 in infirmitate sua . Hunc
 cum uidisset ihs̄ iacentem .
 et cognouisset quia multum
 iam tempus haberet . et di
 cit ei . Quis sanus fieri .
 Respondit ei languidus .

Dñe . hominē non habeo . ut
 cū turbata fuerit aqua
 mittat me in piscinam .

Dum uenio enim ego . cū
 ante me descendit . Dicit ei
 ihs̄ . Surge . tolle grabatū
 tuum . et ambula . Et
 statim sanus factus est homo .
 et sustulit grabatū suum .
 et ambulabat . Erat autē
 sabbatū in illo die . Dicebant
 iudaei illi qui sanatus fue
 rat . Sabbatum est . non
 licet tibi tollere grabatū
 tuum .

1. xxxviii
 sol

Respondit eis . Qui me
 fecit sanum . ille mihi dixit .
 tolle grabatū tuum &
 ambula . Interrogauerunt
 ergo eum . Qui est ille
 homo qui dixit tibi . tolle
 grabatū tuum & am
 bulare . Is autē qui sanus

fuerat effectus . nesciebat
 quirendus . Intra autem diebus
 nauit . et turba constituta
 in loco . Postea inuenit eum
 in templo . et dixit illi .
 Ecce sanus factus es . iam no-
 li peccare . ne deterius
 tibi aliquid contingat .
 Abiit ille homo et nunti-
 auit iudeis . quia inus est .
 qui facit eum sanum .
 Propter ea proquebantur iu-
 dices inus . quia haec faci-
 ebat in sabba . Intra au-
 tem respondit eis .
Pater meus usque modo opera-
 tur . et ego operor . Prop-
 ter ea ergo magis quere-
 rebant eum iudices inter-
 ficere . quia non solum solu-
 uebat sabba . sed et pa-
 trem suum dicebat deum . ac
 quae deum se faceret deo .

p. xl.
 m. xxviii.
 m. xxvii.
 l. cxxii.
 p. xl. i.
 Sol.

Respondit itaque inus . et dixit eis
 Amen amen dico uobis . Non potest
 filius facere esse quicquam .
 nisi quod uiderit patrem
 facientem . Quae cumque
 enim ille fecerit . haec et
 filius similiter facit . Pater
 enim diligit filium . et omnia
 demonstrat ei quae ipse facit .
 Et maiora his demonstrabit
 ei opera . ut uos miremini .
Sicut enim pater suscitauit mor-
 tuos et uiuificauit . sic et filius
 quos uult uiuificat . Neque
 enim pater iudicat quemquam .
 sed iudicium omne dedit fi-
 lio . ut omnes honorificent
 filium . sicut honorificant
 patrem .
Qui non honorificat filium .
 non honorificabit patrem .
 qui misit illum .
Amen amen dico uobis . Quae

qui uerbum meum audit
et credit ei qui misit me.
habet uitam aeternam.

Et in iudicium non uent
sed transit amor te in uita

Amā dico uob. Quia uent
hora et nunc est. quando
mostrū audient uocem
filii dī. et qui audierint
uiuent. Sicut enim
pater habet uitā in semetip
so. sic dedit et filio uitam
habere in semetipso. Et
potestatem dedit ei et iudi
cium facere. quia filius ho
minis est. Nolite mirari
hoc. quia uent hora in
qua omēs qui in monumētis
sunt audient uocem eius
et procedunt. Qui bonā
fecerunt. in resurrectione
uē uitae. Qui uerā mala
egerunt. in resurrectione

et in iudicium. **N**on possū
ego a me ipso facere quic
quam. Sicut audio iudico.
et iudicium meum iustū ē.

Quia non quae uoluntate
meam. sed uoluntate
patris eius qui misit me.

Si ego testimonium phibeo
deme. testimonium meū
non est uerum. Alius ē.
qui testimonium phibet
deme. et scio quia uerū
est testimonium quod ph
hibet deme. Vos misistis
ad iohā. et testimonium
phibuit ueritati. Ego autē
non ab homine testimo
nium accipio. sed haec
dico ut uos scilicet
Ille erat lucerna ardens
et lucens. uos autē uoluis
tis exultare adhaerēt
in luce eius. Ego autē

p. xlii.
h. ccc. xxi.
h. ccc. xxi.
h. ccc. xxi.

p. xliii.
sol.

sol.

habeo testimonium . maius
 iohanne . Opera enim que
 dedit mihi pater ut proficiam .
 ea ipsa opera que ego fa-
 cio testimonium phibent
 de me . qui a pater me misit .
 Et qui me misit pater . ipse tes-
 timonium phibuit de me .

Neque uocem eius unquam au-
 distis . neque speciem eius
 uidistis .

Et uerbum eius non habetis
 in uobis manens . quia que
 misit ille . huic uos non cre-
 ditis . Scrutamini scriptu-
 ras . quia uos putatis in ipsis
 uita aeterna habere .

Et illi qui testimonium
 phibent de me . Et non
 uultis uenire ad me . ut ui-
 tam habeatis . Claritate
 ab hominibus non accipio .
 sed cognoui uos quia dilecti

onem dei non habetis in
 uobis . Ego ueni in nomi-
 ne patris mei . et non acci-
 pitis me . Si alius uenerit
 in nomine suo . illum accipi-
 etis . Quomodo potestis
 uos credere . qui gloria
 ab inuicem accipitis . et glo-
 riam que a solo est deo non
 queritis . Nolite puta-
 re . quia ego aousaturus
 sum uos apud patrem .

Et qui accusat uos moyses .
 in quo uos speratis . Si enim
 crederetis moysi . crede-
 retis forsitan et mihi . De
 me enim ille scripsit . Sicut
 illius litteris non creditis .
 quomodo me uerbo credetis .

POST HAEC ABIIIT IHS TVI
 transire galileae quod
 est tybericadis . et sequebat
 eum multitudo magna .

q. xlvi.
 i. e. xii.
 l. cxxvii.

q. xlv.
 x.
 sol.

q. xlv.
 i. e. xii.
 l. cxxvii.
 l. cxxvii.

quia uidebant signa quae
faciebat super his qui in
firmi uidebantur.

Subito ergo in montem iherosolymitanum
et ibi sedebat cum discipulis
suis.

Eratauit proximum pasche.
dies festus iudeorum.

Cum subleuasset ergo oculos
iherosolymitanos et uidisset quia
multitudo maxima uentura
eum. dicit ad philippum.

Unde ememus panes. ut
manducent hi. Hoc autem
dicebat temptans eum.

Ipsi enim sciebat. quid esset
facturus. Respondit ei
philippus. Ducentorum
denariorum panes non
sufficiunt eis. ut unus quisque
modicum quid accipiat.

Dicit ei unus ex discipulis eius
andreas. frater simonis

petri. Est puer unus hic.
qui habet quinque panes hor-
deacior. et duos pisces.

Sed haec quid sunt inter tantos.

Dixit ergo iherosolymitanus. Facite homi-
nes discumbere. Eratauit
foenum multum in loco. Dis-
cubuerunt ergo uiri. nu-
mero quasi quinque milia.

Accipit ergo panes iherosolymitanos. et
cum gratias egisset distri-
buit discumbentibus.

Similiter et ex piscibus. quan-
tum uolebant. Ut autem
impleti sunt. dixit discipu-
lis suis. Colligite quae
superauerunt fragmenta.
ne pereant. Collegerunt
ergo. et impleuerunt duode-
cim cophinos fragmentorum
ex quinque panibus horde-
acis. quae super fuerunt
his qui manducauerant.

p. xlvi.
m. c. lvi.
l. xvi.

p. xlviii.
m. c. lxxviii.
m. c. lxxviii.
l. c. lxx.

p. xlviii.
m. c. lxxviii.
m. lxxviii.
l. c. lxxviii.

9. L.
X
Sol.

Ill ergo homines cum uiderent quod fecerat signum. dicebant. Quia hic est uere propheta. qui uenturus est in mundum.

11.

Ins ergo cum cognouisset quod uenturi essent ut raperent eum et facerent eum regem.

7. L.
111
4. cl.
8. LXIII

Fugit iterum in monte ipse solus. Ut autem sero factum est. descendit discipuli eius ad mare. Et cum ascenderent nauem. uenerunt trans mare in capharnaum.

Et tenebræ iam factæ erant. et non uenerat ad eos Iesus. Mare autem uento magno flante. exurgebat. Cum remigassent ergo quæsi stas die .xxv. aut .xxx. uiderunt Iesum ambulante super mare. et proximum nauis fieri. et clamauerunt.

9. L.
X
Sol.

Ue autem dixerit. Ego sum. nolite timere. Voluerunt ergo accipere eum in nauem. et statim fuit nauis ad terram quam ibant.

Alter die turba quæ stabat trans mare. uidit quædam nauicula alicui non erat ibi nisi unus. Et quia non introisset cum discipulis suis Iesus in nauem. sed soli discipuli eius abissent. Mice uero super uenerunt naues et ybericæ. iuxta locum ubi manducauerant panem. gratias agentes domino. Cum ergo uidisset turba quia Iesus non esset ibi neque discipuli eius. ascenderunt in nauiculas. et uenerunt capharnaum quærentes Iesum. Et cum inuenissent eum trans mare. dixerunt ei. Rabbi. quando hoc uenisti? Respondit eis Iesus. et dixit.

Amam dico uobis. Quia certis
 me non quia uidistis signa.
 sed quia manducauistis ex pa-
 nibus et saturati estis. O-
 peramini non cibum qui pe-
 rit. sed qui permanet in uita
 aeternam. quem filius
 hominis uobis dabit. Hunc
 enim pater signauit dicitur. Dixe-
 runt ergo ad eum. Quid fa-
 ciemus ut operemur opera
 dei? Respondit iesus. et di-
 xit eis. Hoc est opus dei. ut
 credatis in eum quem
 misit ille.

f.

l. l. iii.
 h. el. xxi.
 m. l. xccviii.

Dixerunt ergo ei. Quod ergo
 tu facis signum. ut uideam
 et credamus tibi. quid o-
 peraris?

q. l. iiii.
 x
 Sol.

Patres nostri manna mandu-
 cauerunt in deserto. sicut
 scriptum est. Panem de ce-
 lo. dedit eis manducare.

Dixit ergo eis iesus. Amam
 dico uobis. Non moyses
 dedit uobis panem de caelo.
 sed pater meus datur uobis panem
 de caelo uerum. Pater
 enim dei est qui descendit
 de caelo. et datur uitam mundo.

Dixerunt ergo ad eum. Domine. sepe
 dicit nobis panem hunc.

q. l. v.
 h. el. xxxviii.
 m. el. xv.
 l. el. xxvii.

Dixit autem eis iesus. Ego sum
 panis uitae. Qui uenit ad
 me. non esuriat. Et qui credit
 in me. non sitiet umquam.
 Sed dixi uobis. Quia et uidi-
 stis me. et non creditis.

q. l. vi.
 x
 Sol.

Omne quod datur mihi pater.
 ad me ueniat. Et eum qui ue-
 nit ad me. non eiecero foras.

q. l. vii.
 h. el. xli.
 m. el. lxxxi.
 l. el. xxxviii.

Qui descendit de caelo.
 non ut faciat uoluntatem meam.
 sed uoluntatem eius qui misit me.

q. l. viii.
 x
 Sol.

Haec est autem uoluntas
 eius qui misit me. pateris.

l.

ut omne quod dedit mihi
 non p[ro]d[er]e ex eo . sed resurci
 tem illud in nouissimo die
 H[ic] aec[ti]o . e[st] enim uoluntas pa
 tris mei qui misit me . ut
 omnis qui uidet filium et
 credit in eu[m] . habeat uitam
 aeternam . Et resurcitabo
 eu[m] ego . in nouissimo die

Murmurabant ergo iudei
 de illo . qui dixisset . ego su[m]
 panis qui de celo descendit
 et dicebant . Nonne hic
 est ihs[us] . filius ioseph . cuius
 nos nouimus patre[m] et matre[m]
 Quomodo ergo
 dicit hic qui a deo celo der
 cendit . ergo

Respondit ihs[us] . et dixit eis . No
 lite murmurare in inuicem .

Nemo potest uenire ad me .
 nisi pater qui misit me tra
 xerit eu[m] . et ego resurcita

bo eu[m] in nouissimo die . Est
 scriptum in prophetis . Et
 erunt om[n]i[um] docibiles di[um] . Om
 nis qui audiuit a patre . et di
 dicit . uenit ad me .

q. lxi.
 m. cxii.
 l. cxvii.
Non qui a patre uidit qui
 que[m] . nisi is[us] qui est ad d[eu]m . hic
 uidit patrem .

q. lxxii.
 x.
 sol.
Amen . am[en] dico uob[is] . Qui cre
 dit in me . habet uitam
 aeternam .

q. lxxiii.
 m. cclxxxvii.
 m. clxx.
 l. cclxxv.
Ego sum panis uitae .
Patres u[ost]ri manducaueru[n]t
 manna in deserto . et mor
 tu[us] sunt . Hic . e[st] . panis de
 celo descendens . Ut si quis
 ex ipso manducauerit .
 non morietur .

q. lxxiiii.
 x.
 sol.

q. lxxv.
 m. cclxxxviii.
 m. clxxv.
 l. cclxxvi.
Ego sum panis uiuus . qui de
 celo descendit . Si quis man
 ducauerit ex hoc pane . ui
 uet in aeternum . Et panis
 quem ego dabo . carum ea

q. lxxviii.
 m. cxli.
 m. l.
 l. cxvii.

q. lxx.
 x.
 sol.

l. i.

est. promundi uitae:
Litigabant ergo iudaei. ad
 inuicem dicentes. Quomodo
 potest hic nobis carnem suam dare
 ad manducandum? Dixit
 ergo eis iesus. Amen amen.
 dico uobis. Nisi manduca
 ueritis carnem filii hominis.
 et biberitis eius sanguinem.
 non habebitis uitam in uobis.
Qui manducat carnem meam
 et bibit meum sanguinem. ha
 bet uitam aeternam. et ego
 resuscitabo eum in nouis
 sima die.

q. lxxv.
 x.
 sol.

l.

Caro enim mea uere est cibus.
 et sanguis meus uere est potus.
Qui manducat meam carnem
 et bibit meum sanguinem.
 in me manet. et ego in illo.
Sicut misit me uiuens pater.
 et ego uiuo propter patrem.
Et qui manducat me. et

q. lxxvii.
 i.
 th. cc. lxxxiii.
 m. clxxv.
 l. cc. lxxvi.

q. lxxviii.
 x.
 sol.

q. lxxviii.
 i.
 th. ccc. x.
 ff. cxxi.
 l. ccc. xvi.

q. lxxxi.
 x.
 sol.

ipse uiuet propter me. Hic
 est panis. qui de caelo des
 cendit. Non sicut manduca
 uerunt patres urbi mannae.
 et mortui sunt. Qui man
 ducat hunc panem. uiuet
 in aeternum. Haec dixit in
 synagoga. docens in ca
 pharnaum. Multi ergo
 audientes ex discipulis eius.
 dixerunt. Durus est hic sermo.
 quis potest eum audire?

Scient autem iesus apud semet
 ipsum quia murmurarent
 de hoc discipulis eius. dixit eis.

Hoc uos secundum dixit.
Si ergo uideritis filium hominis
 ascendente. ubi erat prius.
Spiritus est qui uiuificat. caro
 non prodest quicquam.
Verba quae ego loquutus
 sum uobis. spiritus et uita sunt.
Sed sunt quidam ex uobis.

q. lxx.
 i.
 th. ccc. xlii.
 m. clxxxiii.

¶ Lxxxi.
¶ cclxxxviii.
¶ clxi.

quinon credunt.
Sciebat enim ab initio ihs qui
eent credentes. et quis tra
diturus esset eum.

¶ Lxxxiii.
¶ x.
¶ sol.

Et dicebat. Prop̄ ea dixi uo
bis quia nemo potest ueni
re ad me. nisi fuerit ei da
tum a patre meo. Ex hoc
multi discipulorum eius
abierunt retro. et iam n̄
cū illo ambulabant. Dix̄
ergo ihs. ad duodecim.

Numquid et uos uultis ab
ire.

¶ Lxxxiiii.
¶ clxxv.
¶ lxxxvii.
¶ lxxviii.

Respondit ergo ei simon pe
trus. Dn̄e. ad quē ibimus.

Verba uitae aeternae habes.
et nos credidimus et cog
nouimus. quia tu es xps
filius dī

¶ Lxxxv.
¶ sol.

Respondit ei ihs. Nonne
ego uos duodecim elegi.
et ex uobis unus diabolus

est. Dicebat aut̄ iudā simo
nis ^{thym.} saccariothis. Hic enī erat
traditurus eum. cum esset
unus ex duodecim.

¶ VII POST HAEC

¶ I. **A**mbulabat ihs in galilea.
non enim uolebat in iudea
ambulare. quia quere
bant eū iudaei interficere.

¶ Erat aut̄ in proximo dies festus
iudaeorum. s. henophagica.

¶ Dixer̄ aut̄ ad eum fratres ei.

¶ Transi hinc. et uade in iudeam.
ut et discipuli tui uideant

operatae quae facis. Nemo
quippe in occulto quid facit.

¶ et quae erit ipse in palea. ^{infiducia.}
¶ Si haec facis. manifesta te ^{εμπαρρησια}
ipsum mundo. Neq. enim
fr̄ ei crede bant in eum.

¶ Dicit ergo eis ihs. Tempus
meum nondum aduenit.
¶ tempus ur̄m semper est ^{aut̄}

paratum. Non potest mundus odire uos. me autem odit. Quia ego testimonium perhibeo de illo. quia opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc. ego non ascendendo ad diem festum istum. quia meum tempus nondum impletum est. Haec cum dixisset. ipse mansit in galilea. Ut autem ascenderunt fratres eius. tunc et ipse ascendit ad diem festum. non manifeste. sed quasi in occulto. Iudaei ergo quaerebant eum in die festo. et dicebant. Ubi est ille? Et murmur multum de eo erat in turba. Quidam enim dicebant. quia bonus est. Alii autem dicebant. non. sed seducit turbas. Ne-

mo tamen pedes loquebatur de illo. propter metum iudaeorum. **L**am autem die festo meditante ascendit ihs in templum et docebat. et mirabantur iudaei dicentes. Quomodo hic literas scit. cum non didicerit? Respondit eis ihs. et dixit. Mea doctrina non est mea. sed dei qui misit me. Siquis uoluerit uoluntatem eius facere. cognoscat de doctrina. utrum ex deo sit. an ego et me ipso loquor. Qui a se me ipso loquitur. gloriae propriae quaerit. Qui autem quaerit gloriam dei qui misit illum. hic uerax est. et iniusticiae in illo non est. Nonne moyses dedit uobis legem? et nemo ex uobis

facit legem. Quid me que-
 ritis interficere? Res-
 pondit turba. et dixit.
 Daemonium habes. quis te
 quærit interficere?
 Respondit ius. et dixit eis.
 Unum opus feci. et omnes mi-
 ramini. Propter ea moyses
 dedit uobis circūcisionem.
 Non quia ex moyses est. sed
 ex patribus. et in sabbato
 circumciditis hominem.
 Si circūcisionē accipit homo
 in sabbato ut non soluat
 lex moysi. mihi undigne
 mini qui ceterū hominem
 sanum feci in sabbato?
 Nolite iudicare secundum faciē.
 sed iustū iudiciū iudicate.
 Dicebant ergo quidam ex
 hierusolymis. Nonne hic
 est quem quærebant inter-
 ficere? Ecce palam

loquitur. et nihil ei dicunt.
 Numquid uere cognouerunt
 principes. quia hic est xps?
 Sed hunc scimus unde sit.
 Xps autē cum uenerit. ne-
 mo scit unde sit.

Clamabat ergo docens in
 templo ius. et dicens. Et
 me scitis. et unde sim scitis.
 Et tamen ipse non ueni. sed est
 uerus qui misit me. quem
 uos non scitis. Ego scio eū.
 qui cæcā pro sum. et ipse
 me misit.

Quærebant ergo eū ad p-
 hendere. et nemo misit in
 illū manus. quia nondum
 uenerat hora eius.

Deturbauit. multi ero-
 diderunt in eum. Et
 dicebant. Xps cū uene-
 rit. numquid plura signa
 faciet. quem quæritis facit.

q. lxxvi.
 m.
 m. cxii.
 l. cxviii.

q. lxxvii.
 m. cxxx.
 m. cxxxviii.
 l. cclxi.

q. lxxxviii.
 sol

Audierunt pharisaei turbam
murmurantes de illo hec

Et miserunt principes
et pharisaei ministros
ut adprehenderent eum.

Dixit ergo illis. Adhuc modicum
tempus uobiscum sum. et uado
ad eum qui misit me.

Quereretis me. et non inuenietis.
et ubi sum ego uos non potestis
uenire. Dixerunt ergo iudei
ad semetipsos. Quomodo ita
rursum est. qui non inueniunt
eum. Numquid in dispersione
genitum rursum est
et docetur uos gentes. Quis
est sermo quem dixit. que-
retis me et non inuenistis.
et ubi sum ego uos non po-
testis uenire. In nouis-
simo autem die magnae festiuitatis
stabat illis et clamabat dicens.
Siquis sitis. ueniat ad me

et bibet. Qui credit in me
sicut dicit scriptura. flu-
mina de uentre eius fluent
aquae uiuae. Hoc autem
dixit de spiritu. quem accep-
turi erant credentes in
eum. Non enim erat
spiritus datus. qui autem non dum
fuerat glorificatus.

Ex illa ergo turba cum
audissent hos sermones
eius. dicebant. Hic est
uere propheta. Alii di-
cebant. hic est christus.

Quidam autem dicebant.
Numquid a galilea christus
uenit. Nonne scriptu-
ra dicit quia ex semine
dauid et de bethleem
castello ubi erat dauid
uenit christus.

Dissensio itaque facta est
in turba. propter eum.

q. lxxxviii
h. ccc
h. elxxxix
l. cc. lxxxv

q. lxxx
x
sol

q. lxxxix
x
sol

l. lxxxii
h. cxxx

q. lxxxiii
h. v.

q. lxxxiiii
x
sol.

¶. lxxv.
 ¶. ccxx
 ¶. cxxviii
 ¶. ccxli.

¶. lxxvi.
 Sol.

Quidam autē ex ipsis uolebant
 accipere eum. sed ne-
 mo misit sup illum manus.

Venerunt ergo ministri ad
 pontifices et pharisaeos.
 et dixerunt eis illi: Quare
 non adduxistis eum? Res-
 ponderunt ministri: Num
 quam sic loquitur est homo.
 sicut hic homo. Respon-
 derunt ergo eis pharisaei:

Numquid et uos seducti es-
 tis? Numquid aliquis
 ex principibus credidit in
 eum. aut ex pharisaeis?

Sed turbae haec quae noti-
 nouit legem. maledicti
 sunt: Dicit nichodemus
 ad eos. ille qui uenit ad eum
 nocte. qui unum erat ex
 ipsis: Numquid lex nostra
 iudicet hominem. nisi au-
 dierit ab ipso prius. &

cognouerit quid faciat?

Responderunt. et dixerunt ei.

Numquid et tu galileus es?

Scrutare et uide. quia pro-
 pheta ad galileam non surgit.

Et reuersi sunt unus quisque
 in domum suam.

Ihs autē **P**errexit in monte
 oliuete. et diluculo iterum
 uenit in templum. Et omnis
 populus uenit ad eum. et se-
 dens docebat eos. Adducunt
 autē scribae et pharisaei
 mulierem in adulterio de-
 phensam. et statuerunt eam
 in medio. et dixerunt ei:

Magister. haec mulier. mo-
 do de phensa est in adulterio.

In lege autē. moyses manda-
 uit nobis huiusmodi lapidare.
 Tu ergo quid dicis?

Haec autē dicebant temptantes
 eum. ut possint accusare eum.

Ihs autē inclinans se deorsum. digito scribebat in terra. Cū autē pseuerarent interrogantes eum. erexit se et dixit eis. Qui sine peccato est urm̄. primus in illā lapidē mittat.

Et iterum se inclinans. scribebat in terra. Audientes autē. unus post unū exiebant. incipienter cōsenioribus. Et remansit solus. et mulier in medio stans. Erigens autē se ihs. dixit. Mulier. ubi sunt qui te accusabant.

Nemo te condemnavit. Quae dixit. Nemo dñe. Dixit autē ihs. Nec ego te condemnavo. Uade. et amplius iam noli peccare. Iterū loquitur. ē. eis ihs dicit. **E**go sū lux

mundi. Qui sequitur me. non ambulat in tenebris. sed habebit lucem uitae. Dixerunt ergo ei pharisaei. Tū de te ipso testimoniū phiber. testimoniū tuū non est uerum. Respondit ihs. et dixit eis. Etsi ego testimoniū phibeo de me ipso. uerū est testimoniū meum. quia scio unde ueni. et quo uado. Vos autē nescitis unde uenio. aut quo uado. Vos scdm carnē iudicatis. ego non iudico quemquam. Et si iudico ego. iudiciū meū uerum est. Quia solus n̄ sum. sed ego et qui me misit pat̄. Et in lege ur̄c scriptū est. quicquid uorū hominū testimoniū uerum est. Ego sum

quod testimonium phibeo de
me ipso. et testimonium
phibet de me. qui meminit
pat̄. Dicebant ergo ei. Ubi
est pater tuus?

Respondit ihs̄. Neq. me sci-
tis. neq. patrem meum.
Si me sciretis. forsitan et
et patrem meum sciretis.

Haec uerba loquitur est in
gazophylacio. docens in
templo. Et nemo adphen-
dit eum. quia nec dum ue-
nerat hora eius.

DIXIT ERGO ITERUM.
eis ihs̄. Ego uado et que-
ritis me. et in peccato uero
morietur mihi. Quo ego uo-
do. uos non potestis ueni-
re. Dicebant ergo iudei
Num quid interficiet semet
ipsum. quia dicit quo ego
uado uos non potestis uenire.

Et dicebat eis. Quod de deo
sum etis. ego de supernis sum.
Quod de mundo hoc estis. ego
non sum de hoc mundo. Di-
xi ergo uobis. quia morietur
mihi in peccatis uestris. Si enim
non crederetis quia ego
sum. morietur mihi in pecca-
to uero. Dicebant ergo ei.
Tu quis es? Dixit eis ihs̄.
Principium. quia et loquor
uobis. Multa habeo de uo-
bis loqui. et iudicare.
Sed qui misit me uerax est.
et ego quae audiui ab eo. haec
loquor in mundo. Et non
cognauerunt. quia patrem eis
dicebat deum. Dixit ergo
eis ihs̄. Cum exaltaueritis
filium hominis. tunc cognos-
cetis quia ego sum. Et ame-
ipso facio nihil. sed sicut docuit
me pater haec loquor. Et

q. lxxxviii.
m. cxi.
l. cxxviii.

q. lxxxviii.
m. cxi.
m. cxxviii. l. cxxvii.
l. cxxviii. m. cxxvii.
l. cxxviii.

viii. q. lxxxviii.
x.
sol.

qui me misit mecum est.
non reliquit me solum.

Quia ego quae placitasunt ei.
facio semper. Haec illo lo-
quente. multi crediderunt in
eum. Dicebat ergo ihs ad
eos qui crediderunt ei iude-
os. Si uos manseritis in ser-
mone meo. uere discipuli
mei eritis. Et cognosce-
lis ueritatem. et ueritas libera-
bit uos. Responderunt ei.

Si enim abrahae sumus. et ne-
mini seruiimus umquam.
quomodo tu dicis liberi e-
ritis. Respondit eis ihs.

Amam dico uob. Quicumque
qui facit peccatum. seruus
est peccati. Seruus autem
non manet in domo in aet-
ernum. filius manet in aet-
ernum.

Si ergo filius uos liberauerit.
uera liberi eritis. Scio quod

filii abrahae estis. sed quae-
ritis me interficere. quia
sermo meus non cepit in uob.
Ego quod uidi apud patrem
loquor. et uos quae uidistis
apud patrem uerum factis.
Responderunt et dixerunt ei.
Pater noster abraham est. Dicit
eis ihs. Si filii abrahae
estis. opera abrahae facite.

Nunc autem quaeritis me in-
ficere. hominem qui ueri-
tatem uobis loquutus sum. quae
audiui a deo. Hoc abraham
non fecit. uos facitis opera
patris uerum. Dixerunt itaque
ei. Nos ex fornicatione
non sumus nati. unum patrem
habemus deum. Dixit ergo
eis ihs. Si deus pater uerum
diligere uis. utique me.

Ego enim ex deo processi et ue-
ni. Neque enim ueni ipso

ueni. sed ille me misit.
 Quare loquellam meam non
 cognoscitis. quia non po-
 testis audire sermonem
 meum. Vos ex patre
 diabolo estis. et deside-
 riu patris uris uultis fa-
 cere. Ille homicida e-
 rat ab initio. et in uerita-
 te non stetit. quia non e-
 ueritas in eo. Cum loquitur
 mendacium. ex proprio
 loquitur. quia mendax
 est et peccator. Ego autem quae
 ueritatem dico. non credi-
 tis mihi. **D**icitur etiam
 turbis iudeorum. et prin-
 cipibus sacerdotum. Quis ex
 uobis arguet me de peccato.
 Si ueritatem dico.
 quare uos non creditis
 mihi. Qui est ex deo.
 uerba dei audit. Propter

ea uos non auditis. quia ex
 deo non estis. Responderunt
 igitur iudei. et dixerunt ei.
 Nonne bene dicimus nos.
 quia scimus te ritanus es.
 et daemone uis habes. Res-
 pondit iesus. Ego daemone
 non habeo. sed honorifico
 patrem meum. et uos in hono-
 rastis me. Ego autem non quero
 gloriam meam. est qui quaere-
 rat et iudicet. Amen amen dico
 uobis. Si quis sermonem meum
 seruauerit. mortem non uide-
 bit in aeternum. Dixerunt ergo
 iudei. Nunc cognouimus.
 quia daemone uis habes.
Abraham mortuus est. et propheta.
 et iudicis si quis ser-
 monem meum seruauerit. non
 gustabit mortem in aeternum.
 Num quid tu maior es patre
 nostro abrahama. qui mortuus est.

et propheta mortui sunt.
 Quem te ipsum facis. Res
 pondit ih̄s. Si ego glori
 fico me ipsum. gloria mea
 nihil est. Est pat̄m̄ qui
 glorificat me. quē uos di
 citis quia d̄s nr̄. ē. et non
 cognouistis eum. Ego aut̄.
 noui eum. Et si dixerō q̄
 n̄ scio eū. erō similis uob̄
 mendax. Sed scio eum.
 et sermonē eī seruo. Abra
 hā pat̄r̄ exultauit ut ui
 deret diē meū. et uidit. &
 gauisus est. Dixer̄ ergo
 iudaei ad eum. Quinquag
 ginta annos nondū habes.
 et abrahā uidisti. Dixit
 eis ih̄s. Am̄ am̄ dico uob̄.
 Ante quā abrahā fieret. e
 gosum. Tulerunt ergo
 lapides. ut iacerent in
 eum. Ihs aut̄ abscondit

se. et exiit de templo. Et
 .l. **P**raeteriens uidit homi
 nem caecū a natuitate.
 et interrogauer̄ eū discipu
 lus sui. Rabbi. quis pecca
 uit. hic aut̄ parentes eius
 ut caecus naceretur.
 Respondit ih̄s. Neque hic
 peccauit. neq. parentes eī.
 sed ut inconfitentur ope
 radi. in nullo. Me oportet
 et operari opera eius qui
 misit me. donec dies est.
 Venit nox. quando nemo
 potest operari. Quādiu
 immundus sum. lux sum mun
 di. Haec cum dixisset. ex
 spuit in terrā. et fediuitū
 exspuito. et iunxit lutum
 sup̄ oculos eius. et dixit ei.
 Uade lauce in natatorice si
 lauce. quod in ē p̄tat̄ mis
 sus. Abiit ergo et lauit.

et uenit uident. Itaque
uicini et qui uidebant eum
prius quam mendicari erat.
dicebant. Nonne hic est.
qui se debet et mendicabat.

Alii dicebant quia hic est.
alii autem ne quicquam. sed si
milis est eius. Ille uero
dicebat. quia cecus sum.

Dicebant ergo ei. Quomodo
aperunt tibi oculos. Res
pondit. Ille homo qui dicit
Iesus. lutum fecit et unxit
oculos meos. et dixit mihi.

Uade ad natatoria sic locce.
et laccu. Et abii. et lau.
et uidi. Et dixerunt ei.

Ubi est ille. At. nescio.

Adducunt eum ad pharisaeos.
quia cecus fuerat. Erat
autem sabbatum quando lu
tum fecit Iesus. et aperunt
oculos eius. Iterum ergo

interrogabant eum phari
saei. quomodo uidisset.
Ille autem dixit eis. Lutum po
suit mihi super oculos. et lau.
et uideo. Dicebant ergo
ex pharisaeis qui dicitur.

Non est hic homo adde. qui sab
batum non custodit. Alii dice
bant. Quomodo potest
homo peccator hoc signum
facere. ^{Et scisma erat ueritas.} Dicunt ergo ceco
riterum. Tu quid dicis de eo
qui aperuit oculos tuos.

Ille autem dixit. Quia propheta
est. Non crediderunt ergo
iudaei de illo quia cecus
fuit et uidisset. donec
uocauerunt patrem eius qui
uiderat. et interrogauerunt
eos dicentes. Hic est filius
uostri quem uos dicitis quia cecus
natus est. quomodo ergo nunc uidet.

Responderunt ^{et} patrem eius. et dixerunt.

Scimus quia hic est filius nr̄.
 et quia caecus natus est.
 Quomodo aut̄ nunc uideat
 nescimus: aut quis eum
 aperuit oculos nō nescim̄.
 Ipsum interrogate. et aet̄
 habet. ipse de se loquā.
 Haec dixerunt parentes ei.
 quia timebant iudaeos.
 Iam enim conspirauerant
 iudaei. ut si quis eum con-
 fiteretur eē xp̄m. extra
 synagogam fieret. Propt̄
 ea parentes ei dixerunt.
 quia aet̄ habet. ipsum
 interrogate. Vocauer̄
 ergo rursūm hominē qui
 fuerat caecus. et dixer̄
 ei. Da gloriā dō. Nō
 scimus. quia hic homo pec-
 cator est. Dixit ergo ille.
 Si peccator est. nescio. Unū
 scio. quia caecus cū essem.

modo uideo. Dixerunt
 ergo illi. Quid fecit tibi.
 quomodo aperuit tibi
 oculos? Respondit eis.
 Dixi uobis iam et audistis.
 Quid iterū uultis audire?
 Numquid et uos uultis dis-
 cipuli eius fieri? Male
 dixerunt ei. et dixerunt.
 Tu discipulus illius sis. nos
 aut̄ moysi discipuli sum̄.
 Nō scimus. quia moysi loqui-
 tur est d̄s. Hunc autem
 nescimus unde sit. Res-
 ponda ille homo. et dixit
 eis. In hoc ^{mirabile} est.
 quia uos nescitis unde sit.
 et aperuit oculos meos.
 Scimus aut̄. quia a peccato
 res d̄s non audit. Sed
 si quis d̄s cultor est. et
 uoluntatem eius facit.
 hunc exaudit. A seculo

non est auditum. quia aperit
 ruit ^{ali} quis oculos cæci nati.
 Nisi eēt hic cædō. non poterat
 facere quicquam. Respon-
 derunt. et dixerunt ei.
 In peccatis natus es totus.
 et tū doceris nos? Et eie-
 cerunt eum foras. Audi-
 uit ihs quia eiecerunt eum fo-
 ras. et cū inuenisset eum.
 dixit. Tū credis in filiū
 dī? Respondit ille. et
 dixit. Quis est dñs. ut cre-
 dā in eum? Et dixit ei
 ihs. Et uidisti eum. et qui
 loquitur tecum ipse est.
 At ille ait. Credo dñe. Et
 pro cident. cædora ut eum.
 Et dixerunt ihs. In iudiciū
 ego in hunc mundū ueni.
 ut qui non uident uideant.
 et qui uident cæci fiant.
 Et tū dierit ex phariseis cæcis qui

cum ipso erant. et dixerunt
 ei. Num quid et nos cæci
 sumus? Dixerunt ihs.
 Si cæci essetis. non habere-
 tis peccatū. Nunc uero di-
 citis quia uidemus. pecca-
 tum uestrum in cæcis.

int dicit
 J viij

AMEN AMEN DICO
 uobis. Qui non intrat p-
 astum in ouile ouium
 sed cæcendit ad uindē. ille
 fur est et licet. Qui autē
 intrat p-astum. pastor est
 ouium. Hinc osticarius a-
 pertit. ^{oues} et uocē ei audiunt.
 Et p- proprias oues uocat nomi-
 natim. et educit eas. Et
 cū proprias oues emisertit.
 ante eas uocit. et oues il-
 lū secuntur. quia sciunt
 uocem eius. Aueni autē
 nō secuntur. sed fugiunt
 ab eo. quia nō nouerunt

et

uocem alienorum; Hoc
 prouerbum dixit eis ihs
 ¶ Uia non cognouerunt quid
 loqueretur eis; Dixit ergo
 eis iterum ihs; Amam dico
 uobis. quia ego sum ostium
 ouium; Omnes quot quot
 a me uenerunt. fures sunt
 et latrones; sed non audie-
 runt eos oues; Ego sum ostium;

¶ Per me si quis introierit. sed
 uocabitur. Et ingredietur.
 et egredietur. et pascuam
 inueniet; In non uenit
 nisi ut furetur. et mactet
 et perdat; Ego ueni ut uita
 habeant. et abundantius
 habeant. ·f·

·f· **E**go sum pastor bonus; Bonus
 pastor. animam suam dat pro
 ouibus suis; Mercen-
 narius. et qui non est
 pastor. cuius non sunt oues

proprice. uidet lupum ueni-
 entem. et dimittit oues.
 et fugit; Et lupus rapit.
 et dissipat oues; Mercen-
 narius autem fugit. quia mer-
 cennarius est. et non per-
 tinet ad eum de ouibus;
 Ego sum pastor bonus. Et cog-
 noscite meas. et cognoscent
 me meas;

¶. xc.
 Th. c. xii
 L. c. xviii.

Sicut nouit me pater. et ego
 agnosco patrem;

Et animam meam pono.
 pro ouibus meis;

¶. xci.
 Th. c. xiii.
 Th. c. xxv.

¶. xcii
 Sol.

Et alios oues habeo quae
 non sunt ex hoc ouile. et
 illas oportet me adduce-
 re. et uocem meam au-
 dient. Et fiet unum ouile.
 et unus pastor. ·f·

¶ Propterea me pater diligit. quia
 ego pono animam meam. ut
 iterum sumam eam. Nemo

tollit eam a me . sed ego po
 no eam a me ipso . Potesta
 tem habeo ponendi eam .
 et potestate habeo ^{sumendi}
 eam . Hoc mandatum ac
 cepi a patre meo . Dissen
 sio iterum facta est inter
 iudaeos . propter hos sermo
 nes . Dicebant autem multi
 excipis . Daemonium habes
 et insanas . quid eum auditis .
 Alii dicebant . Haec uerba
 non sunt daemonium habenti
 as . Numquid demonium
 potest caecorum oculos
 aperire . **F**acta sunt
 autem encenia in hierusoly
 mis . et hiemps erat . Et
 ambulabat ihesus in templo
 in porticu sedomonis . Cir
 cum dederunt ergo eum iu
 daei . et dicebant ei . Quo
 usque annuam nostram tollis .

Sit uer xpi . die nobis pedam .
 Respondit ihesus eis . Loquor
 uobis . et non creditis . Opera
 quae ego facio in nomine pa
 tris mei . haec testimoniū
 prohibent de me . Sed uos non
 creditis . quia non estis ex
 ouibus meis . Oues meae
 uocem meam audiunt . et ego
 cognosco eas . et sequuntur
 me . Ego uita aeterna sum
 deo . et non peribunt in
 aeternum . et non rapiet eas
 quisquam de manu mea . Pat
 er meus quod dedit mihi . me
 ius omnibus est . Et nemo
 potest rapere de manu pa
 tris mei . Ego et pater unum
 sumus . Si stulerunt lic
 pides iudaei . ut lepidarent
 eum . Respondit eis ihesus .
 Multa opera bona ostendi uob
 ex patre meo . propter quod

eorum opus me lapidatis.
 Respondit autem ei iudaeus.
 De bono opere non lapidamur
 te. sed de blasphemica. Et
 quia tu homo cum sis. facis te
 ipsum deum. Respondit eis
 iesus. Nonne scriptum est
 in lege uestra. quia ego dixi
 di estis? Sicut dixit deus
 ad quos sermone factus est.
 Et non potest solus scriptu
 ra. que patris sanctificauit et
 misit in mundum. uos dicitis
 quia blasphemus. quia ego dixi
 filius dei sum. Si non facio
 opera patris mei. nolite
 credere mihi. Si autem facio.
 et si mihi non uultis credere.
 operibus credite. Ut cog
 noscatis et credatis. quia
 in me est. pater. et ego in patre.
Querebant ergo eum ad sp
 hendere. et exiit de mani

f.
 p. xciii.
 m.
 m. cxvii.
 d. xxvi.

bus eorum. Et abiit iterum
 trans iordanem. in eum locum
 ubi erat iohannes baptizans pri
 mum. Et mansit illic.
Et multi uenerunt ad eum et di
 cebant. Quia iohannes quidem
 signum fecit nullum.
 Omnia autem quae cumque dixit
 de hoc uera erant. et multi
 crediderunt in eum.
Erat autem quidam languens.
 Lazarus cebethanae. de
 castello maccrae et martha
 sororis eius. Maria autem
 erat quae unxit dominum un
 guento. et ex ter sit pedes
 eius capillis suis. cuius frat
 er Lazarus infirmus uidebatur.
 Miserunt ergo sorores eius
 ad eum dicentes. Domine.
 ecce quem comas infirmum
 uidebatur. Audiens autem iesus.
 dixit eis. Infirmus haec

q. xciii.
 sol

1.

non est ad mortē. sed pro glo
 rificati ut glorificetur filius
 dī p̄eam. Diligebat autē
 ihs̄ martham. et sororē ei
 maricam. et lazaram. Ut
 ergo audiuit quia infirma-
 tur. tunc quidem incessit
 in eodē loco duob. diebus.

Deinde post haec. diē discipu-
 lū ihs̄. Eamus in iudeam
 iterum. Dicunt ei discipuli
 Rabbi. nunc quare ibantē
 iudaei lapidare. et iterū
 uadit illuc. Respondit
 ihs̄. Nonne duodecim sunt
 horae diē. Siquisambu-
 lauert in diē non offendit.
 quia lux cen huius mundi
 uidet. Si autē ambulauerit
 nocte offendet. quia lux
 non est in eo. Haec ait. et
 paschaec dicit eis. Lazā-
 rus amicus nr̄ dormit. sed

uacido ut a somno exsuscitem
 eum. Dixerunt ergo disci-
 puli eius. Dn̄e si dormit. sal-
 uus erit. Dixerat autē ihs̄
 de morte eius. Illi autē puta-
 uer. quia de dormitione
 somni dixerat. Tunc ergo
 dixit eis ihs̄ inconfestē.

ΠΑΡΡΗΣΙΑ
 CONFIDERE

Lazarus mortuus est. et gau-
 deo propt̄ uos ut credatis.
 qm̄ non eram ibi. Sed eamus
 ad eum. Dixit ergo thomas
 qui dicitur didymus ad con-
 discipulos. Eamus et mor-
 utinoriamur cum eo. Venit
 itaq. ihs̄. et inuenit eū quat-
 tuor dies iam in morib. to-
 hebentē. Erat autē betha-
 nice iuxta hierusolymam.
 quae est stadiis quindecim.
 Multi autē ex iudaeis uenerant
 ad martham et maricam.
 ut consolarentur eas de fratre

iiii

suo. Martha ergo ut audi-
uit quia iherosolimitanus. occurrit
illi. Maria autem. domi sede-
bat. **D**ixit ergo martha
ad iherosolimitanum. Domine. si fuisset hic.
frater meus non fuisset mortuus.
Sed et nunc scio. quia quae-
cumque poposceris a deo. da-
bit tibi deus. Dicit illi iherosolimitanus.
Resurget frater tuus. Dicit ei
martha. Scio quia resur-
get in resurrectione. in no-
uissimodie. Dicit ei iherosolimitanus.
Egosum resurrectio et uitae.
Qui credit in me. etiam si mor-
tuus fuerit uiuet. Et om-
nis qui uiuit et credit in
me. non morietur in eter-
num. Credo hoc. At
illi. Uaque domine. ego cre-
didi quia tu es christi filius dei
qui in hunc mundum uenisti.
Et cum haec dixisset. abiit

et uocauit mariam sororem
suae silentio dicens. Ma-
gister adest. et uocante.
Illa ut audiuit. surgit cito
et uenit ad eum. Nondum
enim uenerat iherosolimitanus.
sederat adhuc in illo loco.
ubi occurrerat ei martha.
Iudaei igitur qui erant cum ea
in domo et consolabantur eam.
cum uidissent mariam quia
citius surrexit et exiit. secuti
sunt eam dicentes. Quia uoc-
at ad monitionem. ut plorat
ibi. Maria ergo cum ue-
nisset ubi erat iherosolimitanus. uidens
eum cecidit ad pedes eius.
et dixit ei. Domine. si fuisset
hic. non esset mortuus frater
meus. Iherosolimitanus ergo ut uidit
eam plorantem. et iudaeos qui
uenerant cum ea plorantes.
fremuit spiritu. Et turbauit se

EXOMENDE
uenerat ut

ipsum et dixit. Ubi posu-
it a seum. Dicunt ei. Dne.
ueni et uide. Et lacrima-
uit est ius. Dixerunt ergo
iudaei. Ecce quomodo ca-
mabat eum. Quidam autem
dixerunt ex ipsis. Non po-
terat hic qui aperuit oculos
caeci. facere ut et hic non
moreretur. Ihs ergo
rursum fremens in semetip-
so. uenit ad monumentum.
Erat autem spelunca. et lapis
suppositus erat ei. At ihs.
Tollite lapidem. Dicite in mar-
thae soror eius qui moftuus
fuerat. Dne iam scit et. qua-
triduanus enim est. Dicit
ei ihs. Nonne dixi tibi qm
si credideris uidebis glori-
am dei. Tuler ergo lapidem.
Ihs autem eleuatis oculis sursum.
dixit. Pat. gratias ago tibi.

qm audistime. Ego autem
sciebam quia sepe me audis.
sed propter populū qui cir eū
stat dixi. ut credant quia tu
memisisti. Haec eū dixisset.
uocem magna clamauit. La-
zare. ueni foras. Et statim
prodit qui fuerat moftuus
ligatus pedes et manus in sti-
tis. et facies illius sudario erat
ligata. Dicit ihs eis. Soluite
eum. et sinite eum. Multi
ergo ex iudaeis qui uenerant
ad mirari et uiderant quae
fecit. crediderunt in eum.

Quidam autem ex ipsis abiierunt
ad pharisaeos. et dixerunt
eis quae fecit ihs.

Collegerunt pontifices et
pharisaei concilium. et di-
cebant. Quid facimus. ^{si faciemus}
quia hic homo multa signa
facit. Si dimittamus eū

sic om̄s credent in eum.
 Et tunc ieromani. et tollent
 nostrū edocum et gentem.
 Unus aut̄ ex iis capharnaem
 esset pontifex annullius. di
